

set ; minus ac minus obtrectatorum vocibus esset obnoxius .
 Accipite igitur , quæso , munus hoc , si non rei , voluntatis
 tamen & fidei certe plenum : ac si quando a terrarum pelagi-
 que , quorum vestrum est imperium , cura & administratione
 aliquid dabitur ocii , ne plegeat auspiciatissimam vestræ urbis
 originem , ejusque incrementa , cum iis quæ terra marique do-
 mi ac foris , majores vestri , ac novissime vos ipsi gloriose gessi-
 stis , a peregrino homine , ceterum Venetarum rerum studio-
 sissimo recognoscere . Nam quod ad me attinet , si lucubratio-
 nem hanc divino judicio vestro probari sensero , non gravabor
 & quæ tuo fœlicissimo principatu , Dux Serenissime (qui uti-
 nam tam diuturnus sit quam Reipublicæ utilis esse poterit) &
 quæcunque postea domi forisque gesta fuerint , literarum monu-
 mentis commendare .